

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843,
enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von
Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

0057

0055

0061

0051

0066

0046

0106

0006

0156

46

montes Arabiae minoris pertransit, in campum Jericho per-
venit et ibi faucibus maris mortui illabitur et ab eo exci-
pitur. Sunt autem ab eo loco, quo de mari Galilaeac egre-
ditur, ad locum usque, ubi mare mortuum ingreditur, VIII
dietae. Ipsum autem mare mortuum habet in longitudine
quinque dietas, et conjungitur hoc mare cum aquis, quae
Exodi XV vocantur aquae Marath, et aquae Marath mari
rubro copulantur. Mare vero rubrum continuatur cum mari
Indico, quod affluit de oceano. Et hic est decursus Jordanis
et suo principio usque ad finem longus valde.

De qualitatibus Jordanis.

Jordanis qualis sit videre jam oportet. Fluvius ille sanctus non est multum latus, vix enim habet LX passus in latum, et licet sit parvus latitudine, est tamen profundus valde, signanter tamen in loco nostrae balneationis, fundum habet arenosum et littora lutosa, pro tempore crescit et decrescit, prae-
cipue tamen tempore messis tritici intumescit, hoc est, vernali tempore, quia in Palaestinae partibus illo tempore triticum maturescere solet, ut habetur Josuae 3. Quamquam adeo redundat, quod extra alveum suum per campos se diffundat, quia multa et flumina et torrentes in eum labuntur, ut est Jabout, fluvius, ultra quem luctabatur Jacob cum angelo. Habet ergo alveum satis profundum, et alta littora. Aquae ejus dulces sunt et ad potandum habiles, potissime in hieme tem-
pore frigido, in aestate sunt nimis tepidae, turbidas habet aquas, nescio si semper sic sint, piscibus bonis et dulcibus abun-
dat. Cursum non habet impetuosum, sed cum silentio venit. Veruntamen transnatans sentit in medio ejus impetum contra-
venientis aquae.

Ab ortu suo hoc a Caesarea Philippi usque ad finem maris mortui fere per centum millaria habet ab utraque parte latos campos, qui altis montibus terminantur. Solitudines sunt juxta Jordanem, ut habetur etiam Esiae 12., in quibus erant olim multa monasteria et religiosorum habitacula, quorum hodie cernuntur ruinae. In solitudinibus et campestribus Jordanis currunt multae silvestres ferae, et tempore serotino

0556

1056

Ende

Anfang

